



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

21. An liceat occidere invasorem, si invasus fuerit in culpa, ut  
aggrederetur ipsum, ut adulter ex injuria, quam facit marito, &c. Et  
observatur, quod si adulter, vel laccessitor prævidet pericula ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

infantis, vel claudib; fortè constituti, sicut si fugienti amens quispiam, vel ebitus se obiseret, non tenetur cum certo vite periculo aliò desflectere: sufficit igitur in tali casu ut eam circumspectionem adhibeat, quam pro tempore & loco potest ne nocet, quod si laesio, vel mortis sequita fuerit, non confitetur ab ipso intenta, sed solum permissa: nam virtutis suo extremitate sibi necessariò ea circumspectione, qua potest. Si tamen infans sine Baptismo esset moriturus, eo eventu lege charitatis teneretur potius se permettere occidi.

Sup.hoc in  
tom.9. tr.13.  
Ref.8. Nec  
obstat post  
versi docent  
medium. à  
tentiam

dub. 4. Quod secundum calsum eriam affirmatiū sententiam teneo cum Maldero in 2.2. D.Thom. tr.3. c.1. dub. 12. vbi sic ait. Si inuasor tibi obiciat innocentem tanquam clypeum suum, vt post eum latitans impunè te interimat, & fugere non possis, non teneris mortem subire, sed putes inuasori & innocentem inferre eum moderamine te defendendo. Ita ille Rodriguez in summa tom.1.c.220.n.7&c alij.

5. Non desinam etiam hinc adnotare id quod docet Molina tract.3. disp.3. o. num.9. & Baldellus tom.1.lib.3. disp.26. n.13. quod si quis aggrediatur aliquem iniuste, & alius se interponat, vt rixam dividat, & ille ad fugendum ictum rixantis protegat se retro hunc mediatorem, & sic ille ictum excipiat, & moriatur, nullam culpam committeret, dummodo ille non fuerit author rixae, nec moderaretur excederit, nec mediatores per vim opposuerit ad ictum excipendum, sed tota culpa & poena est referenda in alterum, qui inuasit.

## R E S O L . X I X .

*Quando quis interficit aggressorem, an liceat intendere mortem eius, vt medium ad sui defensionem? Ex p.5. tr.4. Ref.16.*

§.1. Caietanus in 2.2.9.64. art.7. Victoria in relect. de homicidio à n.17. Bannez de iust. q.64. art.7. dub.5. Sylvius in 2.2.9.64.a.7. mar.1. & alij negatiuam sententiam docent. Antonius verò Cordubensis lib.1. q.8. Aragon. in 2.2.9.64.art.7. allérunt licitum esse scienter occidere inuasorem, & id confusè velle quomodo Deus scit, sibi licitum esse, neque oportet considerare qua intentione actualiter fiat.

2. Sed desidero has Metaphysicas, duo cum Molina de iust. tom.4. tract.3. disp.1. o. num.4. posse aggressum per se intendere mortem aggressoris petendo ictu cor, aut iugulum aggressoris animo cum proferendis necandi, quando videt ita sibi esse necessarium ad tutę etiendum manus illius. Ratio namque quam confecimus ad probandum nostrum communique omnium assertum, sanè probat, posse veile ac intendere etiam mortem illius in sui defensionem, conseruacionemque sue propria vita, tanquam in finem vteriorum, quando indicat mortem ad eum finem esse necessariam. Metaphysica verò, quam impugnamus, ad aliud non deseruit, quam ad moralem doctrinam turbandam, ad erroneas conscientias in materia satis lubrica gigendas, lethaliisque peccati scrupulos minimè necessarios illi iniiciendam, qui insit ac licite se defendunt, & ita docent etiam Philip. Faber de ref. in 4. sent. disp.15. q.3. disp.52. c.1. n.18. Rodriguez in sum. tom.1. c.220. n.3. Villalobos in sum. tom.2. tr.12. diff.10. n.9. Soto de iust. lib.5. q.1. art.8. Petrus Binsfeldius de iniuriis & damnis datos. c.1. q.5. concl.3. & alij communiter.

## R E S O L . X X .

*An liceat pro defensione pudicitia occidere inuasorem?*

Tom. VIII.

Et additur posse illum, qui vi opprimetur ab alio adiuvari. & ipsius aut uorem non peccatum, etiam si occiderit aggressorem seruato omni moderamine. Et an quis posse occidere inuasorem cum peccato notando, etiam si Clericus, aut Religiosus si aliter non posset se defendere? Ex p.5. tr.4. Ref.36.

§.1. Videatur dubitate D. August. lib.1. de libero arbitrio, c.1. vt obseruat Tannerus tom.3. disp.4. quæst.8. dub.4. num.68. Sed ipse merito cum communis DD. sententia affirmatiū responder, quia, vt ait preferrimus Sylvius in 2.2. D.Thom. q.64. art.7. quæst.9. concil. 1. sic occidens vim vi repellit in re magni momenti, cum pudicitia, secundum se magis affirmetur, quam multæ opes, præterquam quod in ipsius violatione maximum sit peccati periculum, ne is qui vim patitur ob delectationem maximam tali actu coniunctam ad aliquem in eam confusum pertrahatur. Addunt aliqui posse illum, qui vi opprimetur, ab alio inuati, & ipsius adiutorum non peccatum, etiam si occidere aggressorem seruato omni moderamine, quia iure naturæ licet inuare innocentem vim & iniuriam patientem. Si tamen illa cuius pudicitia tentatur nollet inuari, sed in violationem consentiret, priuatus quispiam non posset pro ipsius defensione occidere violatorem, cum enim illa consentiret, non pateteretur iniuriam.

2. Sed non desinam hinc etiam apponere verba Rodriguez in sum. tom.1. cap.220. n.14. vbi sic ait. [Por defension de la castidad licito es matar al que acomete, assi lo tienen Corduba, y Mercado, y erdad es, que la muger acometida està obligada a resistir por otra via, porque no resistiendo sino con mucha tibieza, y flojedad, illicito le es a matar al acometedor, porque aunque pequeno peca contra justicia, pues ella consiente, no resistiendo como deue. Y Pedro de Nauarra añade que si esta muger calla, y no resiste, porque teme que resistiendo, lo que es secreto, se hará publico, aborreciendo con todo esto la carnalidad, le sera licito a matar el acometedor. Lo qual tengo por muy probable, porque aunque por conferir su fama, consentian en lo exterior en lo acto, empero en lo interior se le haze gran violencia por ella lo aborrecer, y por causa desta violencia se puede defender. De aqui se infiere, que puede un hombre matar a otro, aunque sea clero o frayle acometiendo con el peccado nefando, no se pudiendo defender de otra manera.] Sic ille.

Sup.hoc me-  
lius, & magis  
late in tom.  
5. tr.4. Ref.19.  
§. Verum,

## R E S O L . X X I .

*An liceat occidere inuasorem, si inuasus fuerit in culpa, vt aggredetur ipsumsive adulter ex iniuria quam facit marito, &c.*  
Et obseruator, quod si adulter, vel lacescitur preuidit pericula mortis futura ex actione propria peccat certe peccato homicidij in corde suo, quando tale periculum preuidens, nihilominus statuit se in illo insistere. At vero in ipso periculo positus non amittit ius defendendi se. Ex p.5. tr.4. Ref.3.

§.1. Respondeo affirmatiū cum Villalobos in sum.

tom.2. tr.1. 2. diff.10. n.7. Vega in sum. tom.1.e. Sup. hoc in. 127.ca/i.1. Petrus Nauarra de ref. lib.2. c.3. n.361. Salo- fra lege do- nio in 2.2.9.64. art.7. contr.1. Concl.2. Molina to.4. tr.3. & Crimam Ref. disp.1. Bannez de iust. q.64. art.7. concil.3. vbi sic ait. Li- 68. & pro ir- regularitate in hoc casu fuerit in culpa prius, vt alter aggredetur ipsum. Ete- in alia ref. niam, v.g. adulter ex iniuria quam fecit marito, non amittit ius naturale defendendi propriam vitam. Præterea ipse inuasor iniuriat & vim facit, etiam si prius fuerit lacescitus factis, aut verbis, ergo licitum est vim illam &

I 3 iniuriata

injuriam repellere. Et confirmatur à simili. Si meus proximus sua culpa & prodigalitate deuenit in extremam necessitatem, ego teneor illi succurrere: ergo etiam si ego mea culpa me constituerim in illo periculo, non tamen poterit alter me occidere, & ego possum licet me defendere. Obseruandum est tamen, quod si adulter, vel lacesitor prævidit pericula mortis. Latura ex actione propria, peccat certè peccato homicidij in cordis suo, quando tale periculum prævidens nihilominus statut le in illo constituere. At verò postea in ipso periculo positus, non amittit ius defendendi se, immo tunc illi est maior ratio se defendendi, donec doleat de peccato, quod non est ita facile in illo conflictu & perturbatione animi. Ita Bannez. Et post illum Rodriq. in sum. tom. 1. c. 220. n. 2. vbi sic ait: [Puede cada vno matar al que le acomete, no pudiendo de otra manera librarse, aunque le aye dado ocasion para le acometer, llamandole cobarde, o desfandole con palabras de afrenta. Esta conclusion tiene Mercado contra Nauarr, la qual se prueua; porque aunque el acometedor tuvo ocasion para falar, empero injusticia y pecando comete en ello. Y aunque la parte acometida hizo mal en darle ocasion tan urgente, empero justamente se defiende; y assi si el que acomete lo haze justamente, como lo hazen los ministros de justicia, acometiendo a los delinquentes que dieron ocasion con sus delitos para ello, no es licito al acometido de defendese. Y notease esta razon, porque es eficaz, y no responde a lo que trae Nauarro, porque se funda en una autoridad de Cayetano mal entendida del, como lo aduerte Nauarra; Ni mi intento aqui es gastrar tiempo en declarar a Cayetano, sino en declarar las razones que dan luz al Confessor.] Ita Rodriguez, quicquid in contrarium afferat Nauarrus c. 15. n. 7.

## RESOL. XXII.

An liceat prævenire aggressorem, & eum, prius quam inuidat occidere? Ex part. 5. tr. 4. Ref. 5.

§. 1. Negatiuē responder Sylvius in 2. 2. D. Th. q. 64. art. 7. queritur 6. Prævenire enim inimicum non te inuidentem non est te defendere, nemini autem priuato licet alium occidere, nisi in necessarium defensionem: ergo non licet inimicum præveniendo ipsum occidere. Major patet, quia defensio fit per repulsionem violentiae, vbi autem needum infertur violentia, ipsa non propriè repellitur. Confirmatur, qui prævenit inimicum dumtaxat paratum, nondum patitur vim; si ergo illum occidit, non dicetur vim vi repulisse, ac per consequens non occidetur vim vi repellendo. Ceterum hec non ita sunt accipienda, quasi si qui iustè est se defensio tenetur expectare ut prius percussuram ab iniuvatore, sed ratum dicimus, quod non possit prævenire illū, qui solum est paratus ad inuidendum, nullo autem modo inuidit, nec inuidare incipit, si verò inuisor aliquid agat quod meritò centeri possit aggressio, vel aggressio in inicio, inuisus potest se iuri moderate, & si alter evadere nequeat, potest ipsum interficere. Quando autem hoc sit, ex rerum temporum personarumque circumstantiis iudicabit prudens Confessarius, neque potest vna quadam regula doceri. Ita ille: & ante illum Nauarr. c. 15. num. 2. & Saloniūs in 2. 2. q. 64. art. 7. contr. 1. concl. 3.

1. Sed affirmatiuā sententiam docet Molina de inst. tom. 4. tract. 3. diss. 12. n. 2. vbi probat quod quando aliquis non nondum aggreditur homicidium, aggredi tamen & exequi illud decrevit, fas esse illum interficere, antequam aggrediatur, quando nisi ita interficiatur, periclitetur vita eius quem aggredi decrevit, qui vel postea

non effugiet eam mortem, vel maximum est periculum quod eam non effugiet. Dicendum est igitur ad dubium propositum, fas est interficere eum, qui nos interficere decrevit, quando aliter non patet via evadendi mortem, graue periculum mortis, quod nequit illius ex decreto nobis immunit, sive quid ita decrevit, dicendum iam aggressor sit, sive non, etiam quod si est de vocabulo. Huius sententia videtur esse Cosse, Clement. si furiosus. pari. 3. §. vñ. n. 3. cum multis aliis, quos citat, & Tullius in orat. pro Atilio, vbi an. Obiusti non potestis iudices, insidiatorum iure interfici posse. Eam verò aperte probat ratio, quam procedit disputatione confecimus. Unicuique enim id licet interficere iure naturali, quod alterius nequitia medium est effectum necessarium ad sua propriezitatem conservandum, nihil impendente, quod id sit auferre ab illo alio vitam, eo quod charitatis ordine præferre vndeque possit conseruationem sue vita proprie, vita alterius, præfertur quando nequitia illius alterius factum est, hinc medium necessarium ad suam vitam conseruandum, eamne à verisimili mortis periculo eruendam, illum antevenertere interficiendo illam prius, licet id huic sit, sive ille alius ob id decreatum dicendum sit aggressor, sive non. Neque enim idcirco fas est interficere iniustum aggressorem, quia aggreditur, sed qui aggressione constituit iniustitiae in discrimine vitam aggreditur, et nulla alia pateat via ad eam eruendam ab eo periculo, nisi illum interficiere: quo sit ut si solo decreto, aut quacumque alia ratione similiter ponat quis iniuste vitam alterius in discrimine, neque alia pateat huic via ad eam ab tali discrimine eruendam, quam illum interficiendo, possit licet eum interficere. Et hec omnia docet Molina vbi suprà, ex qua doctrina solues aliqua debia in particulari. Quero igitur.

## RESOL. XXIII.

An si Petrus per famulum, vel siccarium faciat Paulum occidere, licet sit Paulus, si non habeat villam sibi endendi, prævenire, & occidere Petrum? Et in texu huius Resolutionis alii casus in exemplum adducuntur, in quibus quis potest prævenire, & occidere. Ex part. 5. tr. 4. Ref. 6.

§. 1. Negatiuē sententiam docet Malerus in 2. 2. D. Th. 11. 3. o. 1. dub. 7. assert. vbi licet. Verius videatur si dominus vocet famulum ut te occidat, non potest licere dominum nece prævenire, quicquid nonnulli considerint, famulum tamen, qui iussus iam accederet, aut in insidiis positus reperiatur, licet prævenire, immo si etiā solum separaret, modò alius nō sit effugiat. Sicille dicitur & post illum Sylvius in 2. 2. D. Th. q. 64. art. 7. queritur 5. 2. Sed affirmatiuā sententiam tenet Barnes in 2. 2. q. 64. art. 7. concl. 2. vbi sic assert. Postquam iam aggressor fecit aliquam actionem parando mili iniurias, quas ego aliter effugere non possum, nisi occidendo illam, tunc licet etiā mediò tempore, antequam meum infestum damnum, occidere insidiante, etiam si pro tunc quietus sit. Ratio est, quia tunc proprie loquendo, et defensio vita mea: nam profecto, mortaliter loquendo, ille est actualis aggressor, & sic v. g. potest mulier adultera occidere maritum, & quo certa est, quod iam habet vel venenum paratum, vel gladium, aut aliquod simile; tunc enim vim repellit, mortaliter loquendo, quamvis physicè pro tunc ipse maritus nihil agat. Si militer licitum est mihi occidere hominem qui vocat seruum ut me occidat, si non habem alius medium,